

# EPISTULA LEONINA

## CCXXXI

HEBDOMADALE  
 PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
 QUOD ĒDITUR  
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETTIALI  
 CUI NOMEN EST  
**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CCXXX** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM  
**DUCENTESIMAM TRICESIMAM PRIMAM (231) !**

## ARGUMENTA

### PRAEFATIUNCULA

»OMNIA AUTEM PROBATE: QUOD BONUM EST TENETE«.....	02-04
<b>CHRONOGRAMMATA DEMMINGIANA.....</b>	<b>05</b>
»EGO NON SUM CUNICULUS EXPERIMENTALIS«.....	06-10
<b>QUID SENTIAT FUNERARIA.....</b>	<b>11-20</b>
<b>STANISLAUS CONDITOR MORTUUS EST (Andreas Novocomensis).....</b>	<b>21</b>
<b>QUIS FUERIT STANISLAUS TEKIELI (Lydia Ariminensis).....</b>	<b>22-23</b>
<b>REGINALDUS THOMAS FOSTER DIEM OBIIT (Patricius Oenus).....</b>	<b>24-25</b>
<b>ECHUS VOCES EPISTULAE.....</b>	<b>26-29</b>
<b>CORRIGENDA ET SUPPLENDIA.....</b>	<b>30</b>
<b>ECCE LIBRI LEONIS LATINI.....</b>	<b>31-34</b>

### PRAEFATIUNCULA

**LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS  
SAL.PL.DIC.**

***Cara Lectrix, Cara Lector,***

*gaudenter Te invito, ut denuo fruaris lectione Epistulae Leoninae. Hac quoque in Epistulâ Leoninâ habemus vehementer varia: Ergo lege symbolas Leoninas: miraberis!*

*Insunt huic opusculo Leonis novissimo verba Magni Sancti Pauli, insunt chronogrammata Iohannis Demming; nec deest petitio officialis, quâ Wolfram Becker postulat, ne adhibeantur genetica vaccina anticoronaria parum probata. Eheu vaccinatio anticoronaria – quae res in dubium vocatur! Nam in dies plures innotescunt effectûs vaccinationis secundarii parum salutares. Mirum est, quod isti pseudoprophetae coronarii, qui nobis cottidie cupiant terrorem panicum inicere sine ullâ evidentiâ hariolantes de mortiferis vîri covidiani mutationibus geneticis deque putativis detrimentis morbo coronario effectis sôro demum apparentibus sed perniciosissimis, quod isti pseudoprophetae, inquam, si qui homo vaccino anticoronario vaccinatus in morbum incidit, immo, si idem animam efflans abit ad plures, praeproperê nobis affirmant omnino nullam*

*rationem intercedere inter vaccinationem et morbum mortemque.*

*Sanê haec res gravis est, quâ multi homines his diebus commoveantur. Symbola autem, quae sequitur, mihi videtur esse etiam gravior. Nam eadem cum etiam spectet ad coronae pandemiam putativam (quid eheu – his diebus tractatur, quin aliquatenus spectet ad hoc thema?), tum praecipuê spectat ad illam vim, contra quam dicitur non esse medicamen in hortis. Locutura autem est Verena Leibersberger, quae est negotiatrix funeraria, id est officium gerit funera curandi. Haec mulier honorabilis verê digna est, quae audiatur; pro certo habeo eandem mentis acumine necnon animae sinceritate atque caritate longê superare omnes regiminis nostri coronarii blaterones et lucripetas et furciferos exsecratissimos. Mihi hanc mulierem spectanti et audienti in mentem veniunt verba biblica quae insunt Libro proverbiorum:*

*Mulierem fortem quis inveniet?  
Longê super gemmas pretium eius.*

*Nec in parte finali relinquimus rem tractandam, quae in terris saltim est omnium hominum verê finalis. Epitaphia enim addidi duorum hominum iam in Ephemeride nuper ab Andreâ Novocomensi et Patricio Oeno publicata; cum enim non omnes lectores Leonini legant etiam Ephemeridem, tum praecipuê Stanislaus Tekieli et Reginaldus Foster de Latinitate Vivâ tam bene meriti esse mihi videntur, ut digni sint laude funebri iteratâ. Oportet ut animo pio et grato memoriam celebremus illorum, qui Latitatem vivam foverunt et auxerunt et ditificaverunt!*

*Vides in hac Epistulâ Leoninâ tractari gravia et lugubria; aliis in scriptis Leonis Latini facile invenies etiam laeta et iocosa; studet Leo semper lectores delectare varietate. Finiamus hanc praefatiunculam verba afferentes cantilenae illius alumnorum academicorum ferê ubique notissimae:*

*Gaudeamus igitur  
Iuvenes dum sumus!  
Post iucundam iuventutem  
Post molestam senectutem  
Nos habebit tumulus.*

**Medullitus Te salutat**


**Dr. Nicolaus Groß  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**



<http://www.leolatinus.com/>

**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,  
Die Lunae, 15. m.Mart. a.2021**



**OMNIA AUTEM PROBATE:  
QUOD BONUM EST TENETE.**

**PAULUS, Epistula ad Thessalonices 1.5.21**

# **CHRONOGRAMMATA DEMMINGIANA**

Zum Weltfrauentag 2021

**A<sub>V</sub>E<sub>T</sub>E F<sub>E</sub>M<sub>I</sub>N<sub>A</sub>E**

**V<sub>I</sub>T<sub>A</sub>E EN<sub>M</sub> I<sub>G</sub>N<sub>I</sub>S S<sub>E</sub>R<sub>V</sub>A<sub>T</sub>I<sub>S</sub>**

Gruß euch, ihr Frauen! Des Lebens Feuer hütet ihr ja!

hdf

**Melancholisch-beschwingte Grüße aus dem alten Münster.**

Zum 11. März 2021

**A<sub>S</sub>T<sub>O</sub>R P<sub>I</sub>AZZO<sub>L</sub>LA ILLVSTRIS  
BANDONIONIS ARTIFEX PRAECLARVS  
INGENIOSVS INVENTOR SAL<sub>T</sub>ATIONIS  
NOMINE TANGO N<sub>E</sub>VO VIGINTI LVSTRIS  
ANTE NATVS**

Astor Piazzolla, Meister auf dem Bandonion, weltberühmter genialer Erfinder des als „Tango nuevo“ bezeichneten Tanzes, wurde vor hundert Jahren geboren.

hdf

## »EGO NON SUM CUNICULUS EXPERIMENTALIS«



*WOLFRAM BECKER hanc petitionem misit ad JENS SPAHN (Germaniae ministerium valetudinis foederalis) et interreti imposuit, ut omnes nomina subscriberent, qui sibi assentirentur.*

Tune reprobas victualia genotechnicē mutata? Si talia reprobas, certē reprobas etiam vaccina genetica, nonne? Incredibile dictu, sed talia commendantur!

**TIBI illi volunt inicere genetica vaccina anticovidiana** (quae efficiunt per mRNA aut DNA aut vectores virales). Iam post paucos menses. Germaniae gubernatio foederalis iam 80 millones doses vaccini vectorii sibi mandavit<sup>(5)</sup>. Quare gubernatio foederalis 80 millones dosum sibi mandavit, nisi in animo habet cives obligare ad talem vaccinationem?<sup>(6) (6a)</sup> Effectu vaccini genetici informationes genorum morbum efficientium corpori tuo iniciuntur cellulisque eiusdem importantur (70). Manifestum est has cellulas germinibus morbificis infectas in corpore systemate immunitatis cognosci periculosas et impugnari. Efficiuntur morbi autoimmunitarii.

Vaccino, quod gubernationes foederales Germaniae Austriaeque sibi mandaverunt, cum cetera tum haec problemata effecta sunt quae sequuntur:

- **70% probandorum vaccinationis in phasi II sunt facti aegroti**[\(1\)](#), „70 partes centesimae participum questi sunt de lassitudine, 61 partes centesimae de sensu morbi generali. 68 partes centesimae doloribus sunt vexati capitis, 60 partes centesimae doloribus muscularum systemicis (id est in toto corpore, non solum in loco vaccinationis), 56 partes centesimae affecti sunt febri querquerâ. 51 partes centesimae febriculâ 38 maximum graduum Celsianorum, 18 partes centesimae correpti sunt febri plus 38 graduum Celsianorum.“ Haec verba excerpta sunt ex libro, qui sequitur: *Clemens G. Arvay.* „*Wir können es besser*“.
- **Vaccino injecto homines probandi non sunt facti immunes contra virus covidianum.** Simiae vaccinatae virus diffuderunt haud minus quam simiae non vaccinatae. (Phasis I) [\(2\)](#)
- **Vaccino sistema immunitatis est debilitatum.** „*Post vaccinationem in 46 partibus centesimis participum huius evaluationis apparuit neutropenia, id est: deminutio cellularum neutrophilarum in sanguine versantium. Neutrophilae sunt quodammodo »cellulae primi auxilii« nostri systematis immunitatis ideoque pars gravis immunitatis recessualis*<sup>1</sup>. *Quae cellulae possunt celeriter accedere locum infectionis et arcere vîra et bacteria et fungos.*“ Haec verba excerpta sunt ex libro qui sequitur: *Clemens Arvay.* „*Wir können es besser.*“ *Liber electronicus*, p. 215-216.
- **Quidam homo probandus, qui vaccinatus est, incidit in gravem morbum, inflammationem medullae dorsalis.** (phasis III) [\(3\)](#)

**Usque nunc nullum extstat vaccinum, quod admissum est ad usum humanum.** Ergo in medicinâ humanâ tale vaccinum est quadamtenus terra nova. Itaque exspectandum est alios morbos autoimmunitarios post longius demum tempus cognitum iri, nam morbus cancri saepe non cognoscitur nisi pluribus annis postquam prima cellula est affecta. **Talis morbus autoimmunitarius non iam potest sanari, quia ipse factus est pars cellularum tuarum.** Absolutê non sufficit per

---

<sup>1</sup> immunitas \*recessualis theod. *Hintergrundimmunität*.

nonnullos menses aut per septimanas tantum observare homines vaccinationis probandos. Qui talia facit, vacat omni sensu responsalitatis! Brevitate phasium probandi, quibus finitis vaccinum praematurē admittitur, omnis homo, qui vaccinatur, fit cuniculus experimentalis.

## (11)

Vaccinum tantis mendis affectum iam fabricatur.(4) Quid de politicis? Idem gratulantur. *Carolus Lauterbach* factionis socialisticae politicus valetudinis d.21. m.Iul. a.2020 friguttit haec: "Resultatum vaccini Oxoniensis reverā est spei valdē bonae, praesertim cum effectus vaccinandi videatur praeparatus esse lātus atque robustus. Hōc resultato insigniter augetur probabilitas proximo anno futuro vaccina accipendi. Quod fecerunt investigatores universitatis excellentissimē!" (10)

Nunc politicis ostendamus chartam rubram.

## **Ego non sum cuniculus experimentalis!!!**

### **Testimonia:**

- (1) [https://www.thelancet.com/journals/lancet/article/PIIS0140-6736\(20\)31604-4/fulltext](https://www.thelancet.com/journals/lancet/article/PIIS0140-6736(20)31604-4/fulltext) abgerufen am 21.9.2020
- (2) <https://www.telegraph.co.uk/global-health/science-and-disease/doubts-oxford-vaccine-fails-stop-coronavirus-animal-trials/> abgerufen am 21.9.2020 oder  
<https://www.nature.com/articles/s41586-020-2608-y> abgerufen am 21.9.2020
- (3) <https://www.nature.com/articles/d41586-020-02594-w> abgerufen am 21.9.2020
- (4) <https://www.businessinsider.de/wissenschaft/corona-impfstoff-aus-oxford-wird-millionenfach-in-indien-vorproduziert/> abgerufen am 21.9.2020
- (5) <https://www.apotheke-adhoc.de/nachrichten/detail/coronavirus/deutschland-bestellt-astrazeneca-impfstoff/> abgerufen am 21.9.2020 oder  
<https://www.presse.online/2020/07/20/dr-stefan-hockertz-wir-impfen-gesunde-menschen-toedlicher-impfwahn/> abgerufen am 21.9.2020
- Nun werde EU weit der Impfstoff bestellt. Mit England hat die EU 360 Millionen Einwohnen. Die EU erweitert die Bestellung zu den 300 Millionen noch um weitere 100 Millionen. Warum? Wenn nicht der Impfzwang kommen soll? <https://www.aerzteblatt.de/nachrichten/115575/Deutschland-setzt-nicht-mehr-auf-eigene-Impfstoffbeschaffung> abgerufen am 21.9.2020
- (6) <https://www.aerzteblatt.de/nachrichten/113555/Impfpflicht-waere-rechtlich-moeglich> abgerufen am 21.9.2020 oder  
[https://www.haufe.de/recht/weitere-rechtsgebiete/strafrecht-oeffentl-recht/einfuehrung-eines-corona-immunitaetspasses-als-quasi-impfpflicht\\_204\\_515498.html](https://www.haufe.de/recht/weitere-rechtsgebiete/strafrecht-oeffentl-recht/einfuehrung-eines-corona-immunitaetspasses-als-quasi-impfpflicht_204_515498.html) abgerufen am 21.9.2020
- (7) Quelle: Auszug aus: Clemens G. Arvay. „Wir können es besser.“ von Ebook Seite 206 „Die mRNA-Impfstoffe kürzen diese Prozedur ab. In diesem Fall wird die fertige, gentechnisch manipulierte mRNA mit synthetischen Lipidstoffen umhüllt, damit sie in unserem Körper nicht abgebaut wird, bevor sie ihre Wirkung entfaltet. Dabei entstehen Nanopartikel, die in die Zelle eingeschleust werden.“
- (8) Auszug aus: Clemens G. Arvay. „Wir können es besser.“ E-Book Seite 207-208 „Der Begriff »genetische Impfstoffe« ist umgangssprachlich. Richtig wäre eigentlich »nukleinsäurebasierte« Impfstoffe“
- (9) Auszug aus: Clemens G. Arvay. „Wir können es besser.“ Ebook Seite 215-216 „Nach der Impfung wurde bei 46 Prozent der Teilnehmer dieser Auswertung eine Neutropenie sichtbar: ein Abfall der Konzentration der Neutrophilen im Blut. Die Neutrophilen sind als »Erste-Hilfe-Zellen« unseres Immunsystems ein wichtiger Teil der Hintergrundimmunität. Sie können rasch am Ort des Geschehens sein und Viren, Bakterien und Pilze abwehren.“
- (10) „Krieger S. und Alberti I. (2020), Biontech und Pfizer – USA sichern sich Corona-Impfstoff für fast zwei Milliarden Dollar; WHO gratuliert Briten zu Forschungserfolgen beim Oxford-Impfstoff, in:

Frankfurter Rundschau vom 24.7.2020, „<https://www.fr.de/wissen/corona-impfstoff-biontech-pfizer-usa-oxford-grossbritannien-lauterbach-zr-13752083.html>“ abgerufen am 21.9.2020 SPD-Gesundheitspolitiker Karl Lauterbach auf Twitter am 21.7.2020: "Ergebnis des Oxford Impfstoffes ist tatsächlich sehr vielversprechend, insbesondere da die Impfwirkung robust und breit angelegt zu sein scheint. Mit diesem Ergebnis steigt die Wahrscheinlichkeit, im nächsten Jahr Impfstoffe zu bekommen, deutlich an. Eine Meisterleistung der Uni!"

(11) <https://www.scientificamerican.com/article/the-risks-of-rushing-a-covid-19-vaccine/>  
abgerufen am 21.9.2020

oder Auszug aus: **Clemens G. Arvay.** „Wir können es besser.“ Ebook Seite 222 „Der Genetiker William Haseltine schrieb in einer Publikation in Scientific American: »Die Teleskopierung (die Phasen der Impfprüfung die nacheinander ablaufen sollen, parallel ablaufen zu lassen) von Testabfolgen und Genehmigungen setzt uns alle einem unnötigen Risiko im Zusammenhang mit der Impfung aus. [...] Allein die USA planen, mit dem ersten zugelassenen Kandidaten Hunderte Millionen Menschen zu impfen. Schon eine ernste Nebenwirkung pro 1000 Impfungen bedeutet bei 100 Millionen Menschen für 100 000 einen Schaden, obwohl sie zuvor gesund waren.““

Haec hactenus petitio **Volframi Becker** testimoniae ab eodem allata. Vaccinum alternativum, non-geneticum, quod **Professor Stöcker** inventum praebet, a gubernatione non comprobatur; immo idem vaccini inventor infelix nunc in ius vocatur!

<http://www.pi-news.net/2021/03/wann-ist-corona-vorbei/>  
<http://www.pi-news.net/2021/03/der-gemeingefährliche-virus-feind-prof-stoecker/>

Etiam astra-zenecanum illud vaccinum anti-coronarium, quo non mutatur genoma humanum, parum probatum videtur esse: quod in Daniâ, Norvegiâ, Islandiâ non iam adhibetur, quia timentur effectûs eius nocivi (coagulationes sanguinis). Tamen adhuc adhibetur in Germaniâ et in Angliâ.

<https://www.echo24.de/welt/tod-astrazeneca-corona-impfung-zwettl-oesterreich-charge-vakzin-impfstoff-krankenschwester-lungenembolie-zr-90232682.html>  
<https://www.businessinsider.de/wissenschaft/gesundheit/norwegen-corona-impfung-birgt-risiken-fuer-kranke-ueber-80-jahren/>  
<https://www.berliner-zeitung.de/politik-gesellschaft/warnung-aus-norwegen-mögliche-nebenwirkungen-des-impfstoffs-li.133073>  
<https://www.faz.net/aktuell/politik/ausland/astrazeneca-impfungen-in-dänemark-norwegen-und-island-gestoppt-17238756.html>  
<https://sozialministerium.baden-wuerttemberg.de/de/service/presse/pressemitteilung/pid/land-erweitert-impfangebot-mit-astrazeneca/>

# **GENETICA VACCINA ANTICOVIDIANA NE ADHIBEANTUR PETITIONE OFFICIALI POSTULAT WOLFRAM BECKER LATINE REDDIDIT LEO LATINUS**

# QUID SENTIAT FUNERARIA<sup>1</sup>



**SUB TYRANNIDE  
PANDEMIAE PUTATIVAE  
NULLA IAM VALET PIETAS:  
NEQUE ERGA VIVOS  
NEQUE ERGA MORTUOS<sup>2</sup>**

<sup>1</sup> \*fūnerāria, -ae f. *est mulier quae curat funera.* - cfr fūnerārius, -ī m. FIRM.math.3,5,23; 3,9,3. – theod. Bestatter(in), Bestattungsunternehmer(in); angl. funeral director, undertaker, (US) mortician; fr. ordonnateur (-trice) de pompes funèbres; hisp. empresario, -a (en el sector) de pompas fúnebres; ital. beccino/ beccina, impresario di pompe funebri.

<sup>2</sup> Usus sum hac editione (quae – vae censoribus!) certē mox etiam obstruetur vel destruetur:

<https://www.youtube.com/watch?v=RVG32grNG9k>. Non iam accessibles, sed a censoribus destructae („ein privates Video“) sunt editiones originales: <https://www.youtube.com/watch?v=IjmOAtbkIxM> CORONA - Interview mit einer Bestatterin <https://www.youtube.com/watch?v=lRcqic42a88> CORONA (Teil 2) - Interview mit einer Bestatterin. cfr symbolae spectatorum: [Verena Leibersberger vor 3 Tagen](#) Ich habe nichts mit Korrektiv zu tun. - [Leo Neitzel vor 10 Stunden](#) Meinen Sie evtl. Correctiv (Faktencheck)? Mit denen möchte ich auch nichts zu tun haben! ;) Der Kanal hier hingegen scheint mir das wahrhaftigere Korrektiv zu sein. (gegen überzogene Corona-Maßnahmen) Vielen Dank für das informative und mutige Interview! - [Hein Rich vor 4 Stunden \(bearbeitet\)](#) Dieses video und Ihr anderes wurde auf einem anderen Kanal gezeigt. Beide sind weg. Wohin? Gelöscht?

**COLLOQUIUM IN QUO INTERROGATUR  
VERENA LEIBERSBERGER  
NEGOTIATRIX FUNERARIA**

**ST = STEFANIE AUFLEGER (interrogatrix)**

**VL = VERENA LEIBERSBERGER (negotia-trix funeraria, quae interrogatur)**

**ST Domina Leibersberger, nuntiis diurnariis audimus crematoria corporibus mortuis superabundare, quia propter morbum coronae valeat hōc tempore supramortalitas. Quid tu ipsa, ut es funeraria, in hac re experta es?**

**VL** Perfacile est ad hoc respondere: Haec supramortalitas, de quā homines loquuntur longē latēque, a nobis non animadvertisit labores cottidianos exanclantibus. E contrario: Nonnulli funerarii anno proximo praeterito (2020) pro cooperato-ribus suis petiverunt pecuniam operaे deminutae.

**ST Legimus in actis diurnis crematoria superabundare, ibidemque arcas funebres collocari acervatim atque turritim – tu ut es funeraria quid sentis de talibus nuntiis? Quadrantne iidem, habemusne supramortalitatem, verumne crematoria frequentius petuntur, quam ut paria sint exanclandis laboribus sibi mandatis?**

**VL** Reverā arcae funebres in crematoriis acervantur, sed hoc non fit propter supramortalitatem aut propter mortes frequentiores quae pandemiae coronariae causā factae esse panicis nuntiis contenduntur. Sic non est; reverā eo quod a politicis decretum est, ut clauderentur limites Germaniae terras orientales attingentes, quales sunt Polonia et Bohemia aut saltim iter in has terras faciendum molestius factum est, funerarii prope limites habitantes, qui ex multis iam annis semper vecti erant ad crematoria Polonica aut Bohemica prope limitem sita, nunc non iam possunt mortuos suos ibidem curare cremandos. Itaque abundantia arcarum funebrium in crematoriis collocatarum partim eo effecta est, quod funerarii non iam possunt vehi in Poloniam et

Bohemiam, partim quod in fornacibus combustoriis exorta sunt problemata technica.

**ST Cum loqueris de aliquot milibus casuum translimitaneorum, id est aliquot milibus mortuorum – refersne hoc ad totum annum an ad diem an mensem – de quantis numeris loqueris? Quonam modo hoc mente fingat aliquis rei funerariae imperitus?**

**VL** Auditur de conceptaculis refrigeratoriis, quae in Saxonâ post crematoria collocata sint, ut corpora mortua conderentur. Quod est facile intellectu: Si uno mense milia corpora adsunt superaddita, quae alioquin decennio proximo praeterito numquam adfuerant, scilicet hac re crematoria supra modum occupata esse – sed hoc non factum est, quia homines morbo coronae sunt mortui – neque quia est aliqua supermortalitas – sed, quia funerarii prius in terras extraneas prope sitas vecti erant, ut cremarent sumptibus minoribus.

**ST Prius homo mortuus in Germaniâ si erat cremandus, urna solebat exspectari per unam ferê septimanam. Nunc autem quamdiu est exspectanda?**

**VL** Hodie interdum per quattuordecim dies vel tres septimanas exspectandum est, usque dum urna nobis reddatur. Sed in aliis terris foederalibus tempus exspectandi est duorum vel trium mensium, antequam sollemnitas lugubris fit, in quâ urna sepelitur.

**ST Modo dixisti supermortalitatem non exstare. Quod contradicit verbis gubernationis foederalis et diurnariorum, qui saepius contendunt fieri supermortalitatem. Quod indicum habes, quo scias nullam esse supermortalitatem et quâ re putas te negotium tuum exercentem non posse cognoscere supermortalitatem?**

**VL** Perfacile est huic quaestioni respondere: Omni Germano civi foederali licet inspicere situm interretiale Officii Foederalis Statistici eo loco, ubi numeri indicantur casuum necnon generum moriendi. Officium enim Statisticum omnes numeros huiusmodi patefacit. Omni civi licet hos aspicere. Hos numeros non ego ultro mente finxi, sed – semel tantum si cliccaverit – omnis civis hos numeros casuum inveniet! Anno 2020 praeterito habuimus numerum mortuorum multo

minorem. Quare hoc factum est, quare a.2020 in totâ Germaniâ pauciores homines mortui sunt quam antea? Quod est perfacile dictu: Quia in nosocomiis pauciores factae sunt curationes. Hoc videtur esse contradictione in se – hominem, si non curatur in nosocomio, diutius vivere – nonne hoc videtur ineptum esse? Sed ego, ut sum funeraria, cottidie et quotannis hoc experior. Homines aetate provectiones si quod membrum corporis iisdem fractum est, ineunt nosocomium ibidemque curantur, sed inficiuntur germe MRSA, id est germe nosocomii multiresistorio<sup>1</sup>. Si qui mortuus erat germe multiresistorio infectus eiusque mors eodem germe erat effecta, involucro corporali<sup>2</sup> cum indutus esset, etiam fieri non iam potuit, ut homines necessarii ei ad arcam funebrem valedicerent – usque dum ego ipsa in nosocomio Heidenhemensi id assecutus sum, ut post multas inquisitiones et investigationes cognosceretur germa multiresistoria a mortuo non iam posse transmitti ad vivos. Interim licet necessarios etiam videre defunctos quamvis talibus germinibus infectos. Nuper autem investigatores Hammaburgensis clinici universitarii Eppendorfiani invenerunt etiam virus coronae non iam transmitti a mortuis. Itaque fieri potest, ut necessarii valedicant hominibus tali víro mortuis. Tamen nondum licet.

**ST Rectêne concludo eo, quod homines rarius nunc in nosocomium veniunt ad sectionem chirurgicam subeundam, rarius etiam germe multiresistorio infecti rarius etiam moriuntur, ut deminuatur portio mortuorum?**

**VL** Rectissimê dicis.

**ST Audivi gravius factum est morientibus valedicere tempore coronae. Quales tu experiris valedictiones et sollemnitates lugubres tempore coronae?**

---

<sup>1</sup> [https://de.wikipedia.org/wiki/Staphylococcus\\_aureus](https://de.wikipedia.org/wiki/Staphylococcus_aureus): „...MRSA = ursprünglich Methicillin-resistenter *Staphylococcus aureus*. Mittlerweile ist zusätzlich die Bezeichnung Multi-resistenter *Staphylococcus aureus* als Bezeichnung für *S.-aureus*-Keime gebräuchlich, welche neben einer Resistenz gegen (das nicht mehr als Arzneimittel im Handel befindliche)<sup>[7]</sup> [Methicillin](#) auch Unempfindlichkeiten gegen verschiedene andere Antibiotika aufweisen....“

<sup>2</sup> **involucrum corporale** orig. angl. *bodybag, cadaver pouch, human remains pouch (HRP)*. theod. *Leichensack*, i.e. saccus cadaveralis. [https://en.wikipedia.org/wiki/Body\\_bag](https://en.wikipedia.org/wiki/Body_bag)

**VL** Anno proximo praeterito a mense Martio usque ad Maium perquam grave fuit necessariis. Clinicum Hammaburgo-Eppendorfianum, quod multa corpora morbo coronae mortuorum obduxit, demonstravit hominem morbo coronae mortuum non esse contagiosius quam hominem germine multiresistorio mortuum. Itaque interdictio necessarium aegrotantem et morientem videndi, non iam coram iisdem consolandi et lugendi, statim tollenda est. Terribilia sunt quae audio de hac interdictione: cum prius in nosocomiis et gerontocomiis licuerit die noctuque adesse necessario morienti, nunc tantummodo licet per horam aut decem tantum minutas in die apud eum morari.

**ST** **Tune ut es funeraria, cum tecum aufers mortuum, accipisne eum declaratum esse coronae causâ mortuum? Quomodo hoc accipis?**

**VL** Omnis funerarius accipit testimonium mortis, antequam mortuum secum aufert. Eidem exactê indicatum est, utrum idem homo mortuus sit contagione an morte naturali. Nonnullis testimentiis mortis inscriptum est «Covid», nonnullis nihil nisi „contagiosus“. Si quid tale indicatur, telephonice quaero, ut certior fiam, quali genere morbi mortuus laboraverit.

**ST** **Omnisne autem homo, cuius testimonio mortis inscriptum est „Covid“, reverâ morbo covidiano mortuus est? Quid de hac re experta es?**

**VL** Experta sum non semper verum esse inscriptum. Cui adscriptus est morbus covidianus, is non semper eodem affectus erat. Collocuta sum cum necessariis mortui, qui mihi narraverunt matrem suam esse probâ covidianâ subitâ primo evasisse positivam. Duobus diebus post illam evasisse negativam. Deinde matrem esse mortuam. Postea autem illa adversus probam negativam involucro corporali est involuta et necessariis non licuit illam videre. Interim accepi mortuae probam alteram negativam; tamen nobis non licuit mortuam ex involucro corporali eximere, ut necessarii valedicerent, quia testimonium mortis non est correctum, cui inscriptum erat mulierem coronae causâ esse contagiosam, quamquam postea bis probata est negativa.

**ST Num mortui quoque perquiruntur probâ coronariâ?**

**VL** Non.

**ST Si medico officiali mandatur, ut scribat testimonium mortis, quibusnam criteriis idem scit, num sibi scribendum sit hominem esse morbo covidiano mortuum?**

**VL** Si decem, septem, quinque, quattuordecim diebus ante mortem proba covidiana facta est positiva, homo indici statistico inscribitur mortuorum covidianorum.

**ST Maiorisne constat funus hominis, qui probatus est covidio-positivus, quam funus aliorum hominum?**

**VL** Scilicet tale funus constare maioris. Nam adhibenda sunt remedia coronaria, corpus involvendum est involucro corporali, disinfectandum est per aream magnam, arca funebris est hermeticâ concludenda et silicono densanda et notâ covidianâ est signanda. Itaque sumptûs funeris augentur.

**ST In ipsis exsequiis funeralibus quid experiris? Potestne fieri, ut breviter referas, quae res ibi accident?**

**VL** Iis rebus quas ferê cottidie nunc coronae causâ experior in funeribus, tam vehementer terreor, ut pro certo habeam **praeceptis coronariis adhibendis scelus committi in genus hominum gravissimum**. Vix nunc fieri potest, ut familia lugens ab hospitibus accipiat solacium, adiumentum, sensum communis – nam homines non solent venire ad talem sollemnitatem lugubrem participandam, ut spectent curiosi, sed adsunt, ut lugentibus ipsâ praesentiâ suâ se praestent condolere. At mascis gerendis et distantiâ unius metri et dimidii aut duorum metrorum haud raro efficitur, ut homo lugens reverâ in coemeterio constet verê desolatissimus. Multi homines non iam veniunt ad funera participanda, quia timent contagionem. Iis autem, qui veniunt, saepe foris in coemeterio est standum in tempestate frigidissimâ, qualem hac hieme saepe habuimus. Evidem

semper studeo invenire in oecis lugubribus sedem invenire senibus praebendam infirmis. Bis iam in sollemnitate lugubri experta sum senes collabi mente alienatos indicii vitalitatis expertes.

### **ST Qualem experiris valedictionem ipsis in familiis lugentibus?**

**VL** Haec valedictio perquam terribilis est ibi, ubi aliquis videtur mortuus esse morbo covidiano. De industriâ dico “videtur”. Perquam terribilis est valedictio, quia aegroti antea erant a familiis suis insulati. Quia illis non licuerat aegrotos visitare. Sic interdum factum est, ut necessarii moriturum per septimanas, immo per menses non viderent. Istud est horribile, quam vehementer tales homines patientur, quantopere doleant – verba mihi desunt, ut exprimam istum horrorem, ut dicam, quam miserê homines inopes exponantur istis praeceptis quarantenaे politicis, desperati nescientes, quid faciant, idque in professionis meae re fundamentali, quae tantum valet ad vitam hominis! Necessariis non licuit morientem visitare, ni forte, si feliciter accidit, ut, cum conclave aegroti sita esset in pedeplanis, per fenestram cum eo loqui possent. Quid est, cur commoda politicorum tam fataliter valeant ad mortem hominis privati? Hoc quaero, quia video quantum malum istud sit. Necnon e necessariis audiens, quantum doleant, omnino non intellego, cur iidem non resistant istis praeceptis. Evidem, si avia mea aut pater aut mater hōc modo a me insulatae essent, ad eas ascendissem per fenestram. Evidem non passa essem illas mori desolatas.

### **ST Valedictio qualis est, praesertim hominibus, qui per multos annos, per decennia connubio inter se coniuncti unâ convixerunt?**

**VL** Hoc experta sum in marito et uxore, qui per sexaginta annos erant connubio inter se coniuncti. Qui ambo permulta labore communi sunt assecuti, omnia vitae gaudia omnesque dolores unâ experti. Tum uxor in morbum incidit tam gravem, ut in lechodochium<sup>1</sup> esset ferenda. At deinde maritus eam non iam vidit! Et uxori, quae post tres menses est mortua, post sexaginta annos connubii non iam potuit morienti valedicere!

---

<sup>1</sup> \***lechodochium**, -ī n. [Edwin Levine/ Goodwin Beach/ Vittore Bocchetta, Follett world-wide Latin dictionary, Chicago/New York 1967, p.593]

**ST Tu autem non sôlum adiuvas homines vetustos, qui sunt morituri, sed modo demum ad redactionem ephemeridis Heidenhemiensis scripsisti epistulam publicandam. Scripsisti autem omnibus politicis non sôlum tui circuli electorii, sed etiam provincialibus et foederalibus, quia vehementer defendis pueros puellasque, quae nunc neque in nepiagogium neque in scholam ire possunt. Quid tibi videtur de iisdem? Quare tam fortiter defendis parvulos?**

**VL** Quare equidem tam fortiter defendo parvulos? Quia sine prole genus nostrum evanescet. Quia parvuli nobis erunt columna vitae futurae fortissima, sed membrum sunt infirmissimum societatis nostrae, quae nunc est. Politici autem nostri immoderatê eo peccant, quod parvulos tantopere insulant. Agitur etiam de parvulis valentibus, agitur de omni parvulo singulo, qui domi sedet, qui non potest vitam agere naturalem. At interretialis institutio non est vita naturalis! Si parvuli instituuntur tantummodo scholâ domesticâ, undenam accipient facultatem unâ cum aliis vivendi? Quomodo parvuli possunt unâ adolescere? Quonam modo fiet sensus communis? At parvuli nisi bene erunt educati, genus nostrum interibit.

**ST Nunc autem valent remedia pandemiae – quae praescribuntur eâ de causâ, quâ vita nostra cohibeatur et coartetur ad totum populum protegendum. Itaque oportet a quibusdam commodis vivendi abstineamus. Nemo libenter abstinet, sed videtur necessarium esse, ut abstineamus. Quid tibi videtur de hac sententiâ? Putasne haec esse absolutê necessaria?**

**VL** Ante annum nihil prorsus scivi de vîro covidiano. At per annum satis vacavi huic materiae cognoscendae. Mihi quidem hic morbus viralis nihil videtur nisi novum quoddam genus nostrae influentiae. SARS non exstat ex hesterno demum die, quod virus iam exstat ex decenniis. Necnon semper in nostrâ vitâ fuerunt morbi virales et bacteriales. Systema immunitatis sanum hoc patitur, sistema immunitatis invalidum, aegrotum iam ante 10 annos mortuum est, iam mortuum est ante quinque annos – semper erant undae supermortalitatis. Mihi quidem remedia coronaria parum sunt moderata. Nequaquam nego esse virus coronae, quamquam hoc virus

numquam in me incidit. Nescio nunc explicare, utrum hoc virus exstet necne, sed nihil facio nisi concedo idem virus exstare. Si reverâ simplex tutamentum oris nos tutatur, hoc concedo. Omnis funerarius haec praecepta hygienica ad effectum adduxit. Quare eadem ad effectum adduximus? Ut pergamus laborare! Quare laboramus? Ut vitam sustentemus. Ut vitam nostram cottidianam sustentemus, ut cibos capiamus! Multi dicant hoc esse potius problema luxuriae quam necessitatis – sed quantum valent gastronomi, qui pecuniam collocaverunt in rebus novis condendis – non sôlum hygienicis, quas curaverunt praeterea - sed loquor de iis, qui praedisposuerant cauponam suam anno paenultimo augendam et hortum cervesiarium amoenissimum aedificandum, novam potatrinam, de iis, qui fuerant innovativi, qui pecuniam creditam acceperant – iidem hōc anno patientur insolventias tamquam ingentem undam, tamquam megacyma! At politici nostri nos vexant, immo nos prorsus conficiunt oculisque apertis oeconomiam nostram destruunt !

Clarê apparet politicis nunc non esse aliquot centum miliardas euronum tradendas Unioni Europaea aut Organisationi Valetudinis Mundanae, oportet nunc pecunia fluat intrinsecus, in scholas, in digitalisationem, in mercedes, in salaria, in systema valetudinis, in sistema curationis, in clavem curationis, in nosocomia, plures curatores sunt quaerendi. Hoc est faciendum: curandae sunt quam plurimae res internae, non externae! Hoc est munus a nostris politicis gerendum. Ut corrigam nuntios horrificos abundantiae arcarum funebrium et mortuorum innumerabilium et istius supermortalitatis – ut hanc rem sat moderatē explicem: Sensu proprio nulla prorsus est supermortalitas. Nunc propter morbum coronae etiam minus exstat mortalitatis, sed moriuntur eo ipso pauciores homines quam antea. Nam morbus coronae nihil est nisi genus influentiae, quod non multum differt a priore influentiâ, immo minus vehemens est quam illa. Si rem clarê et sanê consideratam sine ullo turgore verborum exprimo, sic dico: Hic morbus non est talis, qualis describitur a diurnariis.

**Gubernationi autem haec dicam: sistite totam motionem insanam, quae vestrâ manu excitata est. Vasa colligite, apoculate, abstinete a salariis vestris, ut tandem fiat**

aliquid novum et bonum! Quia hoc, quod ex annis non est bonum, vobis comitantibus et ducentibus non poterit fieri bonum. Et oportet id quod nunc est, statim finiatur!

**HAEC DE REMEDIIS  
MORBI CORONARII SIVE COVIDIANI  
DIXIT  
VERENA LEIBERSBERGER  
NEGOTIATRIX FUNERARIA  
A STEFANIE AUFLEGER  
INTERROGATA**

*Mulierem fortem quis inveniet?  
Longe super gemmas pretium eius.*

VULGATA, Liber proverbiorum 31,10

# **STANISLAVS CONDITOR MORTVVS EST**

**Stanislai Herimannique opus uiuat**




Amici obitum publice pronuntiare nullam iucunditatem siue scribendi proprietatem secum adfert. Ego cum puer annos VIII essem, cum patre meo pristino moderatore Herimanno Nouocomensi Stanislaum illum laetissime noui, qui domi suae patrem meque fraterne accepit. Qui in feriis iucundissimis Latinitati iocoque permixtis nobis amicus optimus fuit, ipse postea domum uenit nostram post biennium. Postea anno MMXIV patris mei sodalis optimus iterum in itinerario Latino Posnaniensi lusui laetitiaque nobis fuit, qui liberalissimus omnium semper habebitur. Anno MMXV tamen patris mei epitaphium ipse Stanislaus scripsit, qui amicum perdidit optimum. Ipse demum Stanislaus anno MMXVI mense Nouembri epistulam scripsit electronicam, ut sui patrisque mei heres essem; quoius scelestae sorte ipse salutationem extremam uobis dolentissimis uerbis pangere conor.

Aue atque uale, Stanislae optime mi, quoi salutem plurimam tam aduersa quam laeta fortuna toto corde ago!

***Scripsit Andreas Nouocomensis - 19/11/2020 19h52***

## QUIS FUERIT STANISLAUS TEKIELI



Stanislaus Tekieli, natus Varsaviae die XVIII mensis Septembris anno MCMLV, nos reliquit die XIX mensis Novembris anno MMXX. Vir humanissimus, fuit scriptor, interpres et diurnarius Polonus et plerumque Polonice scribebat, sed ardentि studio valde Latinam linguam coluit.


Laurea corona ornatus est apud institutum Educationis Generalis LIII Consociationis Pacis Sancti Augustini. Studuit etiam Orientaliis rebus apud Universitatem Varsovianam sed insigne doctoris non assecutus est. Bello Iugoslavo fuit diurnarius actorum Gazeta Wyborcza. Ab anno MMI ad MMIII documenta Holocausti a testibus collegit pro Musaeo Memoriae Holocausti Vasingtoniae. Operam autem dedit Instuto Memoriae Battelle urbis Columbi civitatis Ohio. Ab anno MCMCXCVIII ad MMVII socius operis fuit Sedis Studiorum Medii Orientis. Multa opera publicavit ex quibus anno MMXV Burdubasta, vel Asinus submersus est, de sentententiis et dictis Latinis, postea

inseuenti anno Burdubasta bis. Moderator frequentissimi Circuli Latini Varsoviensis exstitit.

Haec pauca de initio Ephemeridis scripta sunt ab Albino Latino, situs interretialis auctore.

“Anno MMIII , cum parvos situs interretiales conficere solebam pro nonnullis circulis latinis, ille, sodalis circuli Varsoviensis (et diurnarius), pauca verba mihi dixit de quodam futuro "medio" latino quod condere voluisset sed nesciebat quomodo... Postero die ei primam versionem Ephemeridis proposui. Valde laetus, Stanislaus scribere coepit. Ego etiam nonnullos participes Gregis Latine Loquentium rogavi ut licentiam nobis darent ut textus eorum ederem in Ephemeride... Et mense Junii 2004, prima editio Ephemeridis apparuit in reti!

Victorii Ciarrochi Pisaurensis et nonnullorum ceterorum GLL sodalium gratia, aliqua materia mihi erat ad quasdam rubricas alendas sed Stanislaus maxima pars nuntiorum scribere conabat, necnon novas rubricas..."



**Scripsit Lydia Ariminensis**


**22/02/2021 18h06**

## REGINALDUS THOMAS FOSTER DIEM OBIIT



Reverendus P. Reginaldus Foster (O.C.D.) die 25 m. Decembris morbo Coronato obivit. Multos per annos munere secretarii epistularum Latinarum in Civitate Vaticana fungebatur, simul atque apud Pontificiam Universitatatem studiorum Gregorianam inter primos docuit necnon inde a anno 1985 scholas aestivas Latinitatis magistris ac cultoribus destinatas in Urbe recitabat ad quas undequaque orbis terrarum centeni fere auditores singulis annis ventitabant ut apud peritissimum praceptorum stupererent. Opera eius Latina sunt multa, ex quibus apud Latinitatis cultores omnes nunc innotescunt *Ossa Latinitatis Sola et Ossium Carnes Multae*, symbolas complures in periodico *Latinitatis* edidit, ex quibusdam earum is praemiis est honestatus atque brevi inter moderatores eiusdem periodici numerabatur. Hisce addendum est Reginaldum operam volumini, c.t. “Lexicon recentis Latinitatis” dedisse. Ut homines ad vivum usum sermonis Latini induceret, erat cupidissimus quamobrem sessiones colloquendi tam anno academico quam aestivo tempore instituit, unde plurimi Latine loquentes facultatem Latine sermocinandi adepti sunt. Vestigiis et monumentis urbis Romae

perlustrandis valde delectabatur ideoque saepenumero in locis antiquis celeberrimis cum discipulis suis conspici poterat. Homines sua eruditione, et caritate, et mira modestia allectos ad suum litterarum Latinarum amorem studiumque mirabiliter adduxit. Lucem Reginaldus Foster Milvauchiae (C.F.A.S.) die 14 Novembris 1939, haud nobili loco natus aspexit; adulescentulus cum annum decimum tertium attingisset, alumnus sacrorum factus est, deinde decimo quinto vitae suae nomen ordini Carmelitarum dedit ac tandem ex more ad sacerdotium est provectus. Vere Reginaldus illud *zelo zelatus sum pro Domino* et proximo meo dicere poterit. Sit terra levis Reginaldo et requiescat in pace.



**Scripsit Patricius Oenus**

**30/12/2020 16h34**

# **ECHUS VOCES EPISTULAE**

**NAEVIUS SARTORIUS** Augustanus est iurisconsultus.

Am 07.03.2021 um 20:01 schrieb SPQR:

**Nicolaus Naevio s.**

En habes Epistulam Leoninam novissimam, cui insunt multae coronariae quaestiones criticae necnon columna Libertinorum Francofurtensium pandemica. Utinam tibi sit nova septimana iucunda atque fructuosa! Medullitus te salutat Nicolaus.

**Naevius Nicolao s.**

Care amice, gratias magnas tibi ago. In epistula tua video multas res quaestionesque coronarias a nobis iam disputatas. Gaudio afficiar legens etiam de disquisitione Rolandi Wiesendanger. Quaeso, narra mihi mox de responsis lectorum. De omne tecum consentiunt? Etiam sentiunt nos omnes de nuntiis officialibus coronariis dubitare debere?

Medullitus te salutat

V.N.

Am 09.03.2021 um 12:14 schrieb Dutoya:

**Albinus Nicolao SPD.**

Heri Andreas Lidiaque mihi EL 229 et 230 miserunt ut eas inserarem in Ephemeridi. Stupefactus sum cum EL 225, 226, 227 et 228 a Te non acceperam. Adhuc haec tarditas non mirum mihi videbatur cum interdum varias hebdomadas essent sine EL propter alias occupationes tuas. Quid acciderit? Cur EL mittere cessavisti? Numeros 229 et 230 edere non possum ante illis numeris anterioribus! Mihi responde, quaeso. Sollicitatus sum... Vale.

Le 09/03/2021 à 13:16, SPQR a écrit :

**Nicolaus Albino sal.pl.dic.**

O carissime Albine quid de te - resurrexitine? Non suspicaris, quot homines rogaverim, ut mihi dicerent, quid de te factum esset! Tu mihi visus es omnino aufugisse evasisse erupisse!!! Obitu amici nostri Stanislai contrastatus erat animus meus; sero accepi a Lydia eum obiisse. Quare tu me non certiorem fecisti?

At nunc valde vehementerque gaudeo te nondum obolo linguae supposito Charonta illum tristem senem caecum petivisse, sed - Deo gratias! - feliciter morari in lumine mundi. Epistulas Leoninas 225-228 tibi libenter mittam. Paulisper tantum exspecta. Vale vehementerque vale, mi care Albine! Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

**Albinus Nicolao s.**

Alleluia! Omnia nunc clariora sunt! Quamquam conditor fuissem, una cum Stanislao, non sum lector assiduus Ephemeridis et ultimas notitias Stanislai accepi anno 2020 ineunte cum mihi rogavisset ut primas paginas fabellae ejus c. t. "detector Vaca" in Ephemeride publicarem. Abhinc fere nihil.... Ita ut, mense decembri, paginas evolente, fortuito hoc inveni, obstupefactus et contrastatus:<http://ephemeris.alcuinus.net/nuntius.php?id=1817>

Statim scripsi Andreae ut mihi plus dicat de conditionibus hujus mortis (quodam morbo? alia re?...?). Responcionem adhuc expecto...Ita ut te, fortasse plura novisse quam me de hac tristissima re. Gratias tibi pro Epistulis Leoninis missis. Eas statim inserem. Vale quam optime, care Nicolae!

Le 09/03/2021 à 15:58, SPQR a écrit :

**Nicolaus Albino s.**

Summas gratias pro his explicationibus. Illa epitaphia ab Andrea et ab Lydia scripta mihi usque nunc ignota manserant; iterum publicabo, etiam epitaphium Reginaldi Foster a Patricio Oenao scriptum, quod modo demum in Ephemeride inveni. Nam accipiunt Epistulas meas etiam nonnulli amici Latinitatis, qui non legunt Ephemeridem. Tune omnes symbolas Ephemeridos interreti inseris? Esne ergo technicus Ephemeridos generalis? Si praeter Epistulas Leoninas aliquid habuero in Ephemeride publicandum, licetne etiam hoc tibi mittere? Vale semper, Daedale electronurge, medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

**Albinus Nicolao s.**

"Tune omnes symbolas Ephemeridos interreti inseris?"

Minime. Methodum excogitavi qua scriptores regulares possint ipsi textos suos inserire. Epistulis Leoninis, quia sunt in formato pdf, methodus differt et ego ipse id facio. Certe si alias res tibi sint edendas, mitte. Forma scriptorum non nimis intricata esse debet ut facile inserere possint... Vale.

Le 09/03/2021 à 13:39, SPQR a écrit :

En habes, care Albine Dutoya, EL 228.

Ubinam nunc versaris? Habitasne adhuc in Catalonia, esne Barcinonensis? Scisne aliquid de etymologia nominis gentilicij "DUTOYA"? Esne originis vasconicae? Inveni haec quae sequuntur:

**"Dutoya Patronyme d'origine gasconne. Variantes : Dutouya, Dutoyat. Désigne celui qui est originaire d'un lieu-dit le Toya, lieu où poussent les ajoncs (occitan toja)."**

Vale pancratice, mi care artifex Ephemeridos ! Medullitus te salutat Nicolaus.

**Albinus Nicolao s.**

Recte investigasti, care Nicolae.

Avus avi mei (paternalis), natus in Audignon (prope Saint-Sever) venit Lutetiam medio saeculo XIX. Nubiit mulier (ex urbe Limoges orta) dum filius jam 7 annos natus erat. Eodem gentilicium cepit ac pater sed nescimus (valde dubitamus!) utrum filius vere erat (genetice) patri, necne...

Ita nomen gentilicium meum ex longuiquissima Gasconia venit (Ligua occitana olim loquens, non vasconica) sed vix de hac regione ortus sum. Ex matre mea Armoricanus sum et parte patri mei ex Lutetia, et aliis partibus...  
Vale quam optime.

**Albinus Nicolao s.**

...Et adhuc in Catalonia vivo, in L'Escala, in provincia Gerundae. Gerunda quae est urbs pretiosissima.

Vale.

**Van:** SPQR <SPQR@leolatinus.com>

**Verzonden:** zaterdag 13 maart 2021 14:55

**Aan:** Prof. Dr. Dirk Sacré

**Onderwerp:** CAVENA QUID VALEAT ET UNDE DERIVATUM SIT

**NICOLAUS THEODERICUS PRAESIDI S.**

S.V.B.E.E.V.

Nuper acroasin tuam de ephemeridibus politico-statisticis faciens nobis verbum aenigmaticum proposuisti explicandum. In appendice legas, quaeso, explicationem: nomen.q.e. CAVENA, valet hypogaeum vinarium; non derivandum est ex hungarico sermone, sed e Latino. E Doctore *Attila Farkas* Hungaro physico, qui particeps est cursuum quos habeo in Universitate Ulmensi, quaesivi, num novisset tale verbum Hungaricum; qui respondens mihi misit verba ex **Lexico Jesuitico** excerpta. Ergo CAVENA in litteris Hungariae Latinis saepius invenitur, tamen non est Hungaricae originis, sed merē Latinae. Ducangius nos docet idem verbum esse "*perperam dictum pro Caneva*" et *explicat sub voce "CANAVA"*. Sed nunc conabor particeps fieri acroasium "ZOOMiacarum. Gratulor tibi, quod tam acroases Latinae fieri possunt! Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

**Nicolaus Academiae Latinitati Fovendae sal.pl.**

Valde doleo, quod propter difficultates technicas non particeps fieri possum emissionis interretialis, c.t. ZOOM. Navigatrum (*browser*) computatri mei est obsoletum, in computatro gremiali (*laptop*) sessionem etiam non recipere possum. Utinam acroases et disputationes vestrae feliciter procedant. Valete pancratice Nicolaus Leo Latinus.

**Theodericus Nicolao, viro Latinissimo, s.d.p.** Modo modo est peractum conventiculum, quo fit ut nunc tandem ad litteras electronicas oculum vertere possim et animum; ac video tibi facultatem participandi non fuisse, deficiente computatro. Valde id doleo! Quod autem narras de cavena verbique eius originem (quam ego adhuc neglexi), sane fieri potest ut Cangius rem acu olim tetigerit, etsi distet longe Canava a Cavena! Opinor me, priusquam lexicon illius Ant. Bartal Hungaro-Latinum consulerem, alicubi legisse (at fortassis me fallit memoria) vocabulum 'cavene' eodem significatu adhiberi vel adhibitum olim esse in dialecto quadam Graeca vel in dialecto insulae nescio cuius Graecae.

Cavene certe proxime accedit ad Cavenam, sicut locus ipse, ubi vox inveniri (nisi fallor) dicitur, proximus est ei, unde potus ipse per Europam vagari coepit. Quid ergo si e Graeco sermone mutuati sunt rem Hungari? At ingenue fateor me in his rebus esse hospitem plane ignarum. Viderint peritiores! Quid aio? Videritis peritiores! Vale quam optime!

---

## **CORRIGENDA ET SUPPLENDIA**

**EL 230, p.22, lin.10:** Suppicio afficiantur violatores regularum  
(non : Supplicium sumant violatores regularum)

## ECCE LIBRI LEONIS LATINI

*Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdē augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuē disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.*

*Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:*

- |   |         |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat).....                       | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum).....                  | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser).....                | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne).....     | 22,00 € |

*PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».*

*GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.*

*Habeas nos excusatos, quod situm interretiale (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.*

*Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimē eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtualem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeratas, quibus operam dedit illis creandis.*

*Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIΣ AEI.*

## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR .	Num. mand a- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAЕ	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	00505 A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	00605 A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	00705 A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAЕ	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIMUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	00406 A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90

28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207 A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIAE II	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,  
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !



HANC EPISTULAM LEONINAM

**DUCENTESIMAM TRICESIMAM PRIMAM**

**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**



**Die Lunae, 15. m.Mart. a.2021**

**Dr. Nicolaus Groß**  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae